

**r** *Deportatio.* Et deportare quid olim, & quæ pena illius loco successerit etiam, per Iac. Menoch, lib. 5. de arb. iudic. casu 330. Nat. conf. 666. col. fin. per totum; sed quid de bonis post deportationem acquisitis? dic quod hodie mortuo de portato acquiruntur filijs, ac alijs cõiunctis, vide per Nat. conf. 472. nu. 17. cõ seq. Giach.

**s** *Deportatio etiam.* Ad- 15 de Menoch. de arbitrar. iud. cas. 330. & Nat. in cõ sil. 666. col. fin. Baiard.

**u** *Non est in usu.* Far. d. q. 19. nu. 15. Rosf.

**x** *Recessit ab aula, nisi apud ecclesiasticos.* Adde idem, quod inter fratres nostros minores S. Francisci de obseruantia, videmus per eorum commissarios, & iudices aliquos deportari, & bñari à prouincia: exemplum patet in auunculo meo fratre Leone Leccacoruo de Placentia: item exemplum in nunquam satis ob eius peritiam, & doctrinam laudato fratre Francisco Bernardino de Burgo nouo, denuò exulante, & persecutum in hac Bononien si Prouincia; adde his supra quæstione 35. versic. quæro quis sit iudex Monachorum, ubi dixi: & quod hæc pena non sit in usu; vide Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 287. sub num. 5. & eodem lib. 2. centur. 4. cas. 318. nu. 18. & casu 330. nu. 5. & casu 347. nu. 2. loco enim talis pena deportationis successit arbitraria, ut ibidem, & quod immo bannum successerit loco deportationis, dixit Crauet. consilio 18. sub num. decimo septimo, qui bene loquitur. Drogh.

**y** *Ego credo.* Adde, quod immo tenendum est quod hodie decapitatio, sit loco deportationis; nam insulæ assignabantur deportatis, ut ibi propter malum aerem citò morerentur, ut ait Baldus in l. 1. in fin. C. de Monopol. Baiar.

**z** *Veneris etiam.* Ad- 17 de, quod similiter apud Ianuenses est in usu, ut refert audiuisse Soc. in capitulo primo, numero sexto de penis, & idem facit Rex Aragonia, qui viuit quasi ad literam secundus ius commune: ut dicit Baldus in l. 1. in fine. Cod. de Monopol. sed aduertendum est, quod hoc seruatur in nobilibus personis, ut faciebant Romani. Baiar.

**a** *Quia scilicet senatus.* Adde hoc idem esse de iure communi. Dynus in regula cui licet, sub numero tertio, de regul. iur. in 6. imò non habens insulam, & in ea delegans, facit sententiam nullam, ex Baldo in l. executorem sub num. 33. C. de execut. rei iudic. Drogh.

**b** *Relegationis etiam pena.* Et de ista pena loquitur Poeta, qui cecinit. Ille relegati non exulis vitur in me.

**c** *Infra quæst. 71. versic. dixi autem in princip. sup. q. 32. versic. Hinc est; in quo autem differant relegati à deportatis, vide per belle apud Menochium, tractatu de arbitrar. iudic. libro primo, quæst. 80. nu. 89. ex Budeo, & libro secundo, centur. 4. casu 330. loco autem deportationis successit arbitraria pena, Menoch. ubi supra, casu 347. nu. 2. & cas. 355 numero 13. Drogh.*

**d** *Relegationis.* Relegationis, quid olim, & quæ pena illius loco successerit etiam Menoch. de arbitrar. iudic. libro 2. centur. 4. casu 330. ubi de hoc non meminit. Giach.

**e** *Relegationis etiam pena.* Adde Menoch. de arbitrar. iudic. in casu 330. ubi de hac materia plenè tractauit.

**f** *Item adde, quod relegati, siue condemnati in exilium ad tempus non possunt puniri publicatione bonorũ in totum, nec in partem, textus est in l. relegatorum, §. ad tempus si de intera. & releg. secus si in perpetuum, ut ibi per glossam in verbiãd tempus.*

**g** *Item adde, quod si inter pacificos cõcentum fuerit, quod offendens exulet à Ciuitate per tantum tempus, quod nõ est prohibitum, cum sit quodammodo satisfactio iniuriæ, sed si exilium non seruauit, non poterit tanquã violator relegationis, siue interdicti criminaliter puniri, ita tradit Bald. in c. 1. nu. 4. de lege Conradi, sed an huiusmodi pactiones sint validæ, vide Vulpellum in tractatu de pace, quæstione. quinquagesima quinta, & Moron. in tractatu de pace, fide, & tregua, quæstione centesima octuagesima septima, & de hoc vide etiam omnino Carautam in ritu 275. numero duodecimo, cum sequentibus. Baiard.*

**h** *penam iuxta qualitatem facti, persona, prout sibi conuenire videbitur, scilicet, vel irremium in perpetuum, vel ad tempus, vel exily, vel huiusmodi, secundum gravitatem delictorum; nec consulerem iudici, ut loco deportationis imponeret penam mortis, ubi pro eo delicto non esset imposta a statu, vel a consuetudine: & ita videmus obseruari. Reperio tamen, quod Pract. Carrer. fol. 567. post nu. 121. dicit, quod licet communiter hæc pena deportationis non sit in usu, tamen in Regno propter insulas multas est in usu. Idem dicit Capic. decis. 155. nu. 2. & ita plures fuisse condemnatos in penam deportationis refert Gramm. in multis decisionibus, & consilijs. & votis. 2. Veneris etiam adhuc est in usu hæc pena, ut attestatur Mantua in d. l. transigere, post num. 5. Vnum scias, quod de iure communi non potest aliquis magistratus deportare in insulam delinquentes, nisi et expresse insula ipsa assignata sit. Et hæc est communis opi. ut dicit Bened. de Plumb. in repe. l. 1. nu. 18. C. de hered. inst. Et ex hoc fundamento, quia scilicet Senatus noster non habet insulam, euasit a pena deportationis quidam Comes impetratus de graui delicto, & fuit tantummodo condemnatus in exilium, & licet aliqui dixissent, quod poterat consiliu super hoc Regia Maiestas, tamen contraria opi. obtinuit, vide in hoc proposito, quæ dixi infra quæst. 71. versic. vidi ego. An autem bannus equiparetur deportato, dixi infra quæst. vers. dixi autem.*

**i** *Relegationis etiam pena iure veteri frequentissime imponebatur, & refert Calic. in Margar. fisci. f. 86. 30. casus, in quibus hæc relegationis pena iure irroga-*

**c** *Huius autem loco.* Farinacius dicta q. 19. numero 16. & num. 17. quid differant bannum, & exilium, & dictionem bannu duobus modis accipi, nempe quod in presentẽ, vel in absentem promulgatur. Rosf.

**d** *Huius autem loco hodie in foro ciuili imponitur exilium, siue confinatio, sed secundum Canones hodie hæc pena non est in usu, ut attestatur Innocentius in capitul. qualiter, & quando, num. 6. de accus. quem refert Foller.*

*in Pract. crim. canon. fol. 278. Pract. Millei, fol. 148. num. 49. subdens, quod loco huius pena clerici detruduntur in monasterium: sed neque hoc hodie est in usu, ut dixi infra, q. 70. vers. sunt etiam. Tu verò dic, quod licet hodie Ecclesia non inferat penam exily proprie loquendo, secundum commun. opin. de qua attestatur Alciat. in cap. cum non ab homine, num. 110. de iud. contrarium tamen seruatur, ut dicit Foller. in pract. crim. can. fol. 287. num. 122.*

**Q V Æ S T. LXVIII.**  
**Ex quibus delictis reus sit vltimo supplicio dammandus.**

**S V M M A R I A.**  
 Ex Claro.

- 1 Casus, in quibus pena mortis imponitur, qui sint.
- 2 Abortum procurans puniatur pena mortis. Et qua pena puniatur percussus mulierem prægnantem si ex percussione sequatur abortus, ibid.
- 3 Adulteri puniuntur pena mortis.
- 4 Ascendens cum scalis de nocte ad domum alterius puniatur pena mortis.
- 5 Blasphemi puniuntur pena mortis.
- 6 Carceratus aufugiens fractis carceribus puniatur pena mortis.
- 7 Castrens seipsu, vel castrari se faciens, puniatur pena mortis.
- 8 Custos carceris cognoscens carnaliter carceratam puniatur pena mortis.
- 9 Item si carcerati aufugiant, puniatur ipse pena mortis ibid. Et quid si custos tantummodo sit in culpa in deputando substituto, qui fuerit negligens, b. d.
- 10 Diuidentes prædau cum Barbaris puniuntur pena mortis.
- 11 Eximens capium de manibus usitæ puniatur pena mortis.
- 12 Extrahens per vim aliquem de ecclesia puniatur pena mortis.
- 13 Extrahens pro debito matrem de domo, & ad carceres conducens puniatur pena mortis. Et an pro delicto possit mulier carcerari ibid.
- 14 Falsum testimonium dicens puniatur pena mortis.
- 15 Famosi latrones puniuntur pena mortis.
- 16 Fures an puniantur pena mortis.
- 17 Hæretici puniuntur pena mortis.
- 18 Homicida puniatur pena mortis.
- 19 Hostibus ferrum, vel arma deserens puniatur pena mortis.
- 20 Imaginem Christi percussus puniatur pena mortis.
- 21 Incendiarij puniuntur pena mortis. Et quid in comburentibus turrim, vel senile, ibid.
- 22 Iniuriam faciens officiali tempore iuuiacatus puniatur pena mortis.
- 23 Iudex aliquem innocentem condemnans puniatur pena mortis. Iudex ponens aliquem indebitè ad torturam puniatur pena mortis, ibid.
- 24 Leno puniatur pena mortis.
- 25 Lesæ maiestatis crimen committens puniatur pena mortis.
- 26 Libelli famosi auctor puniatur pena mortis. Et an ille qui legit, & statim non lacerat, ibid.
- 27 Miles, qui in disciplina militari delinquit, pluribus ex causis puniatur pena mortis.
- 28 Monalem carnaliter cognoscens puniatur pena mortis.
- 29 Mulier, quæ animalibus se subiecit, puniatur pena mortis. Item mulier qua proprio seruo se subiecit, ibid.
- 30 Muros ciuitatis transcendens puniatur pena mortis. Et an hoc locum habeat tantummodo in ciuitate Romana, ibidem. Et an hoc seruandum sit tempore pacis, ibid.
- 31 Officialis publicos proventus subrahens puniatur pena capitis. Et an officialis, qui durante officio multa acquisiuit, presumatur ea acquisiuisse de bonis fisci, ibid.
- 32 Plagiarius puniatur pena mortis.

- Et quid si non sit solitus talia committere, ibid.*
- 32 Priuatum carcerem exercens puniatur pena capitis. Et quid si aliquem capiat ex iusta causa, ibid. Et an Cardinalibus permissum sit tenere priuatum carcerem ibidem.
  - 33 Proditor puniatur pena mortis.
  - 34 Raptores mulierum puniuntur pena mortis.
  - 35 Sacrilegi puniuntur pena mortis.
  - 36 Seditiosis auctor puniatur pena mortis.
  - 37 Seipsum occidere volens puniatur pena mortis. Et an occidens seipsu moriatur inextabilis, & eius bona confiscentur, ibid. Et quid si non conscientia proprii sceleris sibi manus intulerit, ibidem.
  - 38 Seruus, qui cum domina se carnaliter commiscuit, puniatur pena mortis.
  - 39 Sodomita puniatur pena mortis.
  - 40 Sortilegi puniuntur pena mortis.
  - 41 Transfuga puniatur pena mortis. Et an puniatur etiam non consummato delicto, ibid.
  - 42 Tutor, qui propriam pupillam corripit, puniatur pena mortis.
  - 43 Vastatores, & incensores vinearum puniuntur pena mortis.
  - 44 Venenum faciens, aut dans alicui ad occidendum puniatur pena mortis.
  - 45 Violatores sepulchrorum puniuntur pena mortis. Ex Additionibus.
  - 1 Abortum procurans quomodo puniatur.
  - 2 Vulnerans mulierem, ignorans eam prægnantem, mitius puniatur.
  - 3 Medicus, qui causa valetudinis causat abortum quomodo puniendus.
  - 4 Et quid in ipsamet muliere.
  - 5 Statutum de occidente hominem an habeat locum in procurante abortum.
  - 6 Et quomodo puniatur filia, quæ suasionibus matris fecit abortum ad occultandum turpitudinem.
  - 7 Et quid de muliere accipiente medicamenta, ne conciperet.
  - 8 Abortus pena in statu ecclesiastico.
  - 9 Medicamentum dans mulieri, ut fieret prægnans, si ea moriatur, est relegandus. Penam dans poculum amatorum non secuto abortu, numero eodem. Et quid in scienter recipiente, num. eod. Et quid in poculo dato causa amoris, vel abortionis, numero eodem. Aut causis amoris liciti, vel conceptionis, & mors sequatur numero eodem. Fetus præsumitur animatus, ideo reus tenetur probare negatiuam, num. eod. Gomez. intellectus ad c. sicut, de homic. nu. eod. Abortum committens puniatur pena mortis, si fetus occisus sit animatus, seu si formam humanam non habeat, numero eodem.
  - 10 Ascendens de nocte cum scalis ad domum alienam, quomodo puniatur.
  - 11 Amor excusat.
  - 12 Fur committens furtum cum scalis est grauius puniendus.
  - 13 Mulier fugiens, de carcere causa euitanda libiinis excusatur.
  - 14 Et quid si consensu custodis iuerit ad aliquam ecclesiam ex voto.
  - 15 Fugiens e carcere quando excusetur, remissus.

16 Carcerum effractores, & auxiliares quomodo puniantur in statu ecclesiastico.

17 Castrans seipsum, quomodo puniatur, remissiuè.

18 Et quid in medico castrante propter valitudinem. Et quid si eius culpa castratus moriatur, & fuerit protestatus eum recipere pro homine mortuo, ibid.

19 Carceru custodes quomodo puniantur in Regno Neap. si carcerati auferunt.

20 Et an teneatur custos, si eius socius auferat cum carcerato.

21 Et quid si custodem elegerit, qui reputabatur sufficiens, & postea mores mutauit.

22 Et quid si carceratum liberasset habentem rescriptum. Principis, quid liberaretur cedendo bonis ante decretu iudicis de eum admittendo ad cessionem.

23 Et an teneatur de fuga carcerati, qui dedit fideiussores de non discedendo.

24 Et quid si pretio, vel gratis fregerit carceres.

25 Et quid si nobilem minus arte detinuit, & ille aufugit.

26 Et quid si fugiens erat misse carceratus.

27 Et an possit carceratos dimittere causa voti explendi.

28 Custos carceratum de proximo relaxandum non ita caute detinens excusatur. Item si senem detinuit minus arte, quare iuuenem ibid.

29 Item, si decipiat ab uxore carcerati portante ei elementa, si eum velle muliebri ex carcerauerit.

30 Et an in dubio presumatur diligens, vel negligens.

31 Et an liberetur a custodia carcerati, si index alios mittat ad custod. am carcerati.

32 Commentariensium crimina summarie sunt cognoscenda, & velo lenato.

33 Eximens captum pro debito civili, tenetur ad solutionem debiti, num. 46.

34 Et quid si exemptus ad carcerem reducat.

35 Et quomodo sit puniens, nu. 41.

36 Et quid eximite captum pro causa criminali.

37 Et quid in eximite condemnatum.

38 Et quid in impediende capturam.

39 Amouens litteras iudicis a manu seruientis, quomodo puniatur.

40 Et quid lacerante litteras iudiciales.

41 Et quid de occidente captum in manibus iustitia.

42 Et quid de monente banntos, ut fugerent, quia familia curae ad illos veniebat. Et quid de monente debitorem civilem.

43 Uxor liberans virum aliqua calliditate excusatur a pena ordinaria.

44 Venenans consanguineum, ne suspendetur, quomodo sit puniendus.

45 Eximens captum pro debito an admittatur ad probandum illum non esse debitorem.

46 Excutori referenti captum sibi exemptum an credatur.

47 Nuncio publico an, & quando credendum. Fugiens a custodia, captus, & reditus ad eam non liberat a solutione debiti, eum aufugere facit. Testes falsi pena reuocata in Hispania puniuntur, nu. eod.

48 Imaginem saluatoris pingens humi, vel deturpans debet mori.

49 Et quid in imagine Summi Pontificis.

50 Incendium presumitur factum culpa habitantium.

51 Et quando vniuersitas de incendio tenetur.

52 Dolus in materia incendiij quomodo probetur.

53 Incendiarij pena. Incendiu committens, etiam sine leuissima culpa, tenetur ad emendationem damni, nu. eod.

54 Incendium quando presumatur commissum culpa inhabitantium.

55 Statutum imponens mortem pro incendio domus, quomodo intelligatur.

56 Iniurians magistratum, quomodo puniendus.

57 Et quid de dante a lapam officiali.

58 Et quid de iudice condemnante aliquem ad mortem per iracundiam, vel pecuniam.

59 Lenones qui dicantur.

60 Lena no dicitur, quae commisit semel lenocinium cum aliqua muliere honesta absque mercede.

60 Lenonum pena in statu ecclesiastico, & regno Neap. nu. 61.

61 Limit. & ampl. ad l. 1. C. de famos. libell. num. 67.

62 Scribentis libellos, & lettere de gli auisi, in lesionem fama alicuius pana in statu ecclesiastico.

63 Pena libelli famosi habet locum in scribente, & edente, & retinente.

64 Et quid seruetur in practica.

65 Statutum de verbis iniurijs an habeat locum in libellis famosis.

66 Actio libelli famosi quandiu duret.

67 Comparatio litterarum in materia libelli famosi an faciat iudicium.

68 Muros transcendens, vt bannitum interficiat, an sit plebiscendus.

69 Muri ciuitati sunt ciuim.

70 Fodiens propè muros ciuitatis ad quid teneatur.

71 Muros transcendens pana. (et 75.)

72 Et quid in transcendente tempore pacis, & non dolose, nu. 74.

73 Peculatus quid sit, & eius pena.

74 Pecuniam publica administrationis retinens, quomodo puniatur.

75 Et quid in actuario non scribente prouentus in libro.

76 Peculatus crime est scribere in tabula publica minorem pecunia summam, qua sit recepta, & exigere a fisco non debitu.

77 Capitanei conuententes in ipsorum vsu pecunias dandas militibus, tenentur de residuis.

78 Peculatus crimen est grauis furto.

79 Statutum minues panam furti, non procredit in peculatu.

80 Officialis an presumatur acquisisse ex bonis fisci.

81 Plagiarius quis dicitur remissiuè.

82 Carcere priuato videnti quis habeat, & an possit cedi.

83 Carcerare an liceat uxorem, suam, & adulterum.

84 Carcer priuatus committitur retinendo aliquem sub custodia fideiussorum.

85 Pater retinens domi filium non committit priuatum carcerem, nec Dominus seruum, nu. 95. & 97.

86 Et quid in carcerare volentem.

87 Carcer priuatus committitur per omnem inclusionem, & detentionem.

88 Officiales destinati ad capiendum malefactorem debent captum superiori consignare.

89 Carcerans aliquem in loco, vnde facile poterat fugere, non committit priuatum carcerem.

90 Carcer priuatus quando committatur.

91 Et an per detentionem alicuius in via. Carcer priuatus committitur, quando a principio captura est illicita, nu. eod.

92 Et incidens in tale delictum committit crimen lesae Maestatis, nu. eod.

93 Et quid si detineatur bannitus.

94 Capiens aliquem, & vulnerans an teneatur de vulnere, & priuato carcere.

95 Et quid in detinente mulierem causa libidinis.

96 Carcer priuatus quando committatur in Regio Neap.

97 Marti zelosi possunt carcerare uxores.

98 Officiales tolerantes priuatum carcerem fiunt rei lesae Maestatis.

99 Carcerem priuatum committens tenetur ad restitutionem damnorum.

100 Clericus repertus in adulterio potest per maritu adultera detineri per viginti horas absque metu excommunicationis.

101 Carceris priuati pena.

102 Tribus modis quis proditor dicitur.

103 Proditor quis dicitur, & proditoris signa.

104 Proditor dicitur occulpe, et sine causa offendens eum, qui tunc de ipso confidebat.

105 Seditiosus a testimonio repellitur.

106 Seditiosus quis, & quomodo puniendus.

107 Statutum de turbante pacificum statum Ciuitatis, quomodo intelligatur.

108 Turbatorum pacis pana de iure canonico, ciuili, & Regni Neap. remiss.

109 Index potest expellere ciuem turbulentum.

Vulnerans

112 Vulnerans seipsum, quomodo puniatur, & an amittat bona.

113 Et an quis preiudicatur vulneratus a seipso.

114 Mulieri non licet interficere se ipsam pro tuenda castitate.

115 Occidere seipsum quare non liceat, remissiuè. Mortem nemo sibi ipsi inferre potest causa religionis, nec pro euitandis peccatis. nu. eod.

116 Suspensus aliquis repertus, non presumitur suspensus a se, seu fisci id probare debet.

117 Sortitiorum pena, remissiuè.

118 Ligans per sortilegia hominem, ne uxorem cognoscat, non punitur morte.

119 Transfuga, quis sit.

120 Arborum uisores quomodo puniantur.

121 Dans venenum proditor est.

122 Venena mala quae dicantur, & quae non mala.

123 Veneni dictio ex vulgari consuetudine loquendi intelligitur de malo veneno.

124 Venenans habeat animum deliberatum occidendi, & est proditor.

125 Veneno occidere plus est, quam occidere gladio.

126 Crimen veneni est detestabile, & longe grauius homicidio.

127 Venenans quomodo cognoscatur, & quib. indicijs probetur.

128 Vnem crimen est atrocissimum, & occultum, & iaco iudex debet esse promptior ad torquendum.

129 Et quae indicia sufficiant contra uxorem tentantem venenare maritum.

130 Venenans qua pena puniatur.

131 Venenum vendens qua pena puniatur.

132 Et quomodo in Regno Neapol.

133 Et quomodo in statu Ecclesiastico.

134 Statutum puniens venenare tentantem, quomodo intelligatur.

135 Veneni sex specialia, remissiuè.

136 Venenans pro pecunia quomodo puniatur.

137 Veneni suspicio magis cadit in mulieribus, quam in viris.

138 Exemplum in materia veneni centum septuaginta matronarum in Vrbe.

139 Sepulcrorum violatores quomodo puniendi.

140 Et quid de extrahentibus cadauera ex sepulchris. Et quid de spodiatis, ibidem. Et quid de sepulchra demolientibus, ibid.

141 Et quomodo excusentur.

142 Spolians cadauer in Regno Neap. punitur pena manus. Et quibus plebatur spolians suspensum remissiuè.

ADDITIONES, Ad Quæst. LXVIII.

**N**unc videndum. Vide Farin. vol. 1. q. crim. quæst. 20. & seq. Ros.

**V**idere poteris. Farinac. tit. de delict. & pœnis, q. 20. lolum. 1. numero 1. Ros.

**Attinemus.** Vt facit Plaza sua epitom. delict. cap. 10. num. 25. per totum Ros.

**Abortu procurans.** Adde abortionis causam præstans quando, & qua pena puniatur per Jacob. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. c. 257. & Pract. Carer. pag. 223. nu. 107. Giach.

**Abortum.** Far. q. 97. casu 8. num. 150. Ros.

QUEST. LXVIII.



**N**unc videndum est, qui sunt hi casus, in quibus pro delicto pena mortis naturalis a lege imponitur, quos quidem plenius videre poteris apud Baldum in lege data opera, nu. 14. C. qui

filia excusatur secundum Dec. in conf. 535. nam & matris iustus, ac mandatum, nec non & ætas illi excusationem præstat. sed Menoch. in d. caf. 357. in fin. dicit, quod illam iudicaret pena arbitraria dignam.

Item adde, quod si mulier conciperet medelas, vt non efficeretur prægnans, non debet puniri pena homicidij, sed vitioni, & eadem pena puniatur, qui dedit medelas. Marfil. in l. si mulierem, ff. ad l. Corn. de fideiuss. & Foller. in pract. criminal. in verbo penis debitis feriantur, numero 66.

Item adde, quod in statu ecclesiastico adeo constitutio, siue motus, proprius Sixti Quinti, dat. iud. die 16. mensis Nouëbris 1588. qua procurantes, & consulentes, & consentientes quocunque modo abortum, uel sterilitatem pena mortis naturalis puniuntur, siue partus sit animatus, siue non, & tam clerici, quam laici pena vitimi supplicij puniri debent.

Item adde, quod si quis dederit medelam mulieri ad eam ingraudandam, vnde tamen mortua est, debet relegari, per text. in l. 3. §. ex Senatusconsulto, ff. ad legem Cornel. de fideiuss. & Foller. in pract. criminal. in verbo penis debitis feriantur, num. 64.

Item adde, quod dans populum causa abortionis, vel amoris, & scienter incipiens arbitrarie puniri debent, etiam quod abortus non sit sequutus, nec aliud damnum ob malum exemplum. Afflict. in constitut. amatoria, numero 3. libro 3. & Gomez. de delict. c. 3. nu. 33. in fin.

Item adde, quod dans populum, non animo occidendi, sed causa amoris, uel abortionis, si recipiens moriatur, pena mortis puniri debet, per textum in l. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de penis, & ibi Bartolus, & communiter Doctores, & Gomez. de delictis, capitulo 3. numero 33. vbi dicit etiam, quod si populum fuerit datum causa amoris liciti, vel conceptionis, & motus sequatur, quod eo casu extraordinaria pena puniatur.

Item adde, quod in dubio fetus presumitur animatus, & ideo delinquens tenetur probare negatiuam, ut not. Anan. in capitulo sicut de homicidio, & ibi Cardin. & alij Doctores, & Gomez. de delictis, cap. 3. numero trigesimo secundo, contrarium tenent, dices, quod iura, in quibus fundatur Ana. & ceteri

566 11